Georgii fliſci genuenſis ad inuictiſſimũ Ferdi
nandum Sicilię Regem Poema.

Accipe licet nr̃os tentarint carmina ſẽſus
Viſaq; ſint nobis dicere tolle chelym.
Tolle chelym: cordaſq; moue et ↄcentibꝰ altũ
Ethera iam ferias. en tibi cęſar adeſt.
Nam ferdinanduſ terriſ uenerabile numen
Vndiq; dulciſonaſ aduocat ille deaſ.
Non tamẽ ipſe tuaſ auſuſ conſcẽdere fagoſ |
Ire per arcaſ | nam mea muſa nequit.
Id primũ euboam | et quaſſataſ chalcidiſ arceſ
Vt potui cecini: perſonuiq; lira.
At ſi forte placet noſtꝝ rex inclite carmẽ:
Nec fauor huic auſo detrahiturq; meo.
Nulla mora eſt | aſpiranti fęliciuſ aura |
Parua licet pando iam mea uela rati.
Que uiſ interea ſupatę chalcidiſ urbem
Perculit euboycam: q̃ fera bella | legaſ.
Iamq; uale: et fliſci te oro meõr eſto georgi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Iam pridem imperio nam dicor ipſe tuo.

Georgi fliſci genuenſis ad Inuictiſſimum Ferdinandum Siciliȩ Regem Euboydoſ liber primus Incipit.

BELLA per euboycos ludo nunc aſpera campos.
Que dedit immiti turcus feritate canumq;
Peſſimus. ille quidẽ nuꝑ diſceſſit ab oris
Conſtantinopolis flagrans portare triũphũ
Scilicet in xp̃i legẽ: populũq; potentem
Sterneret: utq; ſua mundũ dicione teneret.
Da mihi caliope muſaꝝ maxima poſſe
Dyrceo de fonte ſacros haurire liquoreſ:
Da tymbree pater decus et ſpes unica uatũ.
Ver erat. alma uenus. quo terras undiq; laxat:
Et mare nanigerũ placat: uẽtiſq; fugatis
Eolus incumbit: neptuniaq; accolit arua
Cũ uocat unanimes pp̃los mahometus in unũ
Atq; ardu9: atq; duceſ. quos p̃dẽ nouẽat acreſ
Quoſq; ſui memores duroſ perferre labores
Viderat | at laudum facit hoc imenſa cupido |
Talia uoce ferox dixit: uultuq; ſuperbo
Heu caput incutiens. noſtis quo tempe diuũ
Iupiter ipſe pater uictorem me dedit hoſti:
Et quo chriſticolas proſtraui maximus urbeſ.
Aſpera quinetiam uictor poſt regna ſubegi.
Nunc ſedet hoc animo toti dominarier orbi.
Quare agite o ſcutis ornet ſua pectora quiſq;
Fortia: nam cȩli ſuadet clementia nobis.
Annuit ipſe tuba tryton emiſſus ab undiſ:
Premia queq; manẽt. ſuperi digniſſima ſeruãt.
Puppes in ponto. ſtant portu nanq; triremeſ
Innumere: claſſemq; ingentem littore cerno.
Hec ait. exoritur uariũ tunc undiq; murmur
Rege ſalutato ingenſ clamor tollitur aſtris.
Non ſecus ac quiſq̃ ſi milia multa lupoꝝ |
Agmina cum canibus uidiſſe bella mouere
Nec mora que poſſũt ſua q̲libet accipit arma:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Collige atq; ſuis tergis ·herentia tela
Conſcendūt naues leti : longaſq; triremes
Anchora ſublata eſt · ſoluunt e littore funes
Accingunt ſe operi transtris et corpora laſſant
Parte foris poſita regis mandata faceſſunt·
Turbidus interea : cunctiſq; timendus achiuis
Equora turcus arat · ſpumantia mille carinis
Mirandum uiſu metuit quas nereus ipſe :
Prothues et metuit · metuit quoq; cādida thetiſ
Quid moror · obſtupuit glaucū q tēpat equor
Flectit iter zephiriſ paſſim plaudētibuſ undis
Ad mariſ euboyci fines · crudelia noſtris
Fata deum : noſtris inquam crudelia fata
Nauigat yonios per fluctus uncta carina :
Egeūq; mare · et uentis dare uela ſecundis
Cernere erat · rabiem pateris proh iupiter ire
Quin tua demergat claſſes in gurgite dextra :
Nec te p̄teureunt : cui dum uolat ethera pennis
Hycareum nomen poſuit cum decidit undis ·
Certatim ꝓperant optatam attingere terram ·

Illos cum primū ueneti uidere ꝓpinquoſ :
Grecorūq; manus · quoꝝ tremebunda reſultant
Corda · deo fruſtra ꝑſoluūt uota : rateſq;
Euganea miſſam non dum regione uidebant
Nam mare ſulcabat : cui fecerat adria nomen
Tarda tamen lento capeat cum remige uētoſ ·
Perfidus at tandē lacrimoſa heu littora uenit ·
Vera quidē fateor q̄mq̄ tibi mira uidentur |
Vix tenet ille fretum ſpumoſo gurgite candēſ
Quando manū cogit iuuenū nemus ire ꝑ altū :
Exciſaſq; trabes : tabulaſ quoq; ferre ꝑatas :
Id iuſſi faciunt domini mandata uerentes |
Difficileſq; maris pali figuntur in imo :
Et cito ſublimē nituntur tollere pontem
Sic iubet | at ꝑnas nunq̄ ſine ſanguine ſumit
Feruet opus grandis tabulaꝝ maxīa creſcit
Vnde ꝑ innumeras acieſ tranſire coegit ·
Nec contētus eo maiora in mente uolutat
Terq; decem longaſ naueſ ſi credere dignū eſt
Ferre iubet | primū naues ex equore tractas

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Per terram uarius labor eſt hoīmq; boumq;.
O deus oīpotens penitus baptiſmate ſacro
Liquiſti populū ſanctiſſima ſigna ſequentē.
Verrunt ꝑ campū atq; locū dat ſilua uiamq;
Dat nemus umbroſis nutans cū ſtipite ramiſ.
Thetidis alma ceres querit ſe pondera ferre.
Deniq; non paulū feſſis tellure iuuencis
Quoꝝ ꝑfractis ceciderunt uiſcera coſtis
Deuenere locū ſtudio quē turba petebat.
Illico ſupponūt oneri ſua terga. triremes
In ſale reyciunt: ꝗ pulſa canduit unda.
Tum ferus imitiſq; uirū cui nulla deoꝝ
Relligio cordi eſt ſpernēs rectumq; piūq;
Per mare ꝑ terras ꝓcul a pietate ſuꝑbus
Innumeras acies armato milite complet
Sit ꝑcor omnipotēs rapidaꝝ prēda feraꝝ
Ipſius et nigri fodiant proh lumīa corui.
Deſiliunt terram ꝓuecti nauibus: atque
Rex iubet arma capi: falcatos accipit enſes
Quilibet: inde ſuos arcus ꝯtendere certant.

O ſtupor o dolor ah celebris ſic īſula capta eſt
Iamq; fretum claſſis turcoꝝ poſſidet: unde
Chalcidis ipſe parat nō fauſte ad moenia turc9
Tendere: luctifere ſtipant quē mille caterue:
Paulatimq; ſuos greſſus feſtinat ad urbem:
Ponit caſtra ſolo circumuallata / priuſq̄
Buccina det ſignum: iubet et tēptoria figi:
Circumſtātq; duces / mahometi gloria magni
Vota ioui ſoluunt ſeptem de more iuuencos
Mactant: ett otidē pecudes quo ſāguie placent
Numina. qđ fuerat nuper prefatus auruſpex
Inde ſuburbano iuſſit prope moenia matres
Occidi: pueros ipſarum et ab ubere raptos
Duxit quos captis omnes cum ſaguine pagiſ
Nam deerant patres crudeli morte ꝑempti
Hoc erat: ut tali capet feritate tremendus
Vrbē: quā primo pauidā magis ipē putabat
Dux polymitus adeſt. illis iactator inanis
Imperio turci: poſt alte ad moenia clamat
Letus et exultans uenetis ſic uocibus infit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Parce tui generiſ gens ꝑfida parce ruine
Crediſ poſſe dei tantos euadere nixus·
Debita que poſcit reddas nũc oppida prĩceps
Et tibi uitabis clades iam cede paratas
Nuper ſine monitu lacerata ab uiſcera matꝝ
Sparſaqꝫ ꝑ uepres pueroꝝ membra : ſenumqꝫ
Aſt aĩoſa phalanx pro uerbis tela remittit
Exultant fidens· polymiti prouida namqꝫ
Plurima clamãtis iaculũ contorſit in ora·
Ictu quo periit : nec non uomit ipſe cruorem
Sicqꝫ mori plures letali uulnere cogunt·
Iam nox atra diem fuſcis obduxerat alis
Humida : iam texit nigra caligine terras·
Ecce ferox acies galeis fulgentibus aptat
Et peditum turmas centum ſtatione locauit
Ordine· deinde iubet placide dare mẽbra quieti
Collucent ignes : ſomnio cuſtodia parat :
Nec tamen excubias patitur diſcedere caſtris
Que uallo : foſſaqꝫ ſimul ꝑcincta uidebat
Infelix populus uenetorum e moenibus ipẽ

Graya quidẽ muros retinet ꝑterrita turba·
Haſtis adnixi pauitant haud ſcuta relinquũt·
Hinc genubus flexis oculos ad ſidera tollũt
Vota ꝑceſqꝫ deo non proficiẽtia fundunt·
Preſidiũ implorant intacte uirginis omneſ
A quibus offenſum xp̃m conſtare uidetur
Cuius ſępe ſacra et ſpreuerunt dicta profani
Virgo tamen miſeros hõieſ defendere q̃rit
Fecit· quę toties pia gnatum ponere fulmen·
Eſt locus in cęlo claro ſplendore coruſcanſ
Quẽ tenet oĩpotens· ſũmo qui regnat olimpo·
Hic ſedet | iratum quẽ ſuſtinet aurea ſedes
Angelicos ſpernit cantuſ : ſonituſqꝫ tubarꝝ
Non lyra nõ plectrũue placet nec tybia xp̃o
Euboycum penitus decreuit littus arandum :
Chalcidicaſqꝫ arceſ euertere funditus omnes·
Expetit hoc hoĩm ſcelus : et fallacia triſtis·
Ad quem blanda uenit cęli regina beata
Cum primũ ſolio natum cõſpexit in alto·
Angelicoſqꝫ choros aſtantes· illa repente

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Salue ſancte parēs curuato poplite dixit·
Spes mea quē quondā lactarūt ubera noſtra·
Cui rex aſſurgēs in ſūma ſede locauit·
Quippe ſuaꝫ dederat dextrā giungere dextre
Alloquitͤ meſtam placido de hinc filius ore
Quid petis o genitrix neq; enī me talia fallūt
Protegis ingratam dudū mitiſſima gentē
Cuius iam uite ꝑſoluūt ſtamina parcę
Quā reuocare neq̄t ſtigia ioue natus ab unda·
Erga cara precor mater mea maxima cura
Ne trepida ingrate gentis defendere partes
Nec te ſollicitet populi ꝑfidia talis
Fundere diua ꝓces·contra ſentētia noſtra eſt·
Quin genus humanū penitus uiolare maloꝝ
Stat ſentina grauis ſcęleris ni penitet illud·
Hęc ait·illa ihesū uultum demiſſa ꝓrat·
Aſſenſa eſt nati uirgo clariſſima uoto·
Nate placēt q̄cunq; uoles ac tempa poſcunt
Poſthac ipe meis pręcib9 torq̄bere nullis
Quādoquidē mores : hoīmq; admiſſa ꝓhorreſ

Dixerat·inde caput męſtaq; adopta receſſit·
Quā circū glomerāt ſanctaꝝ hinc inde caterue
Virgineiq; chori referentes carmina leti·
Titonem interea linquens aurora maritum·
Ducit clara diē : nocturneſq; āmouet umbraſ
Nec mora ſollicitus·cui nō ſolercia manca eſt
Incipit actutum tēptoria turcus adire :
Non bn̄ ſeruato quos ordie nouerat : oms
Preteriiſſe ꝑ uiam crudeli cęde peremit·
Hic hebetes primū ſtatuit fera pręlia ferre
Nec bello aſſuetos quib9 acres ꝓuocat hoſteſ
Scilicet illoꝝ laſſet quo ſaguine uires
Crudus et imitis puero quondā ubera tygreſ
Lactea ꝓbebant·cui cordi ſaxa morantur
Verum ſemꝑ equos martis ꝑtractat habenis
Sit ne pium atq; nefas nullo diſcrimie pēſat :
Sed quo fert animus tēdit uel praua uolūtaſ·
Impiger in caſtris diſponēs agmina porro
Luſtrat et inſtructaſ acieſ·tormēta parantur·
Miles adeſt : pediteſq; ſimul nec ſigna relinquūt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Quos putat unanimes · quos uideat an peritoſ
Hortaturq; celer cunctos : et pręmia ponit
Digna uiris : tales fundẽs de pectore uoces
Arma parate uiri ꝓperat mihi tẽpus amicũ
Hoſtibus inuiſũ : nam uobis ampla triũphi
Spes erit : optatam capiemus uiribus urbẽ ·
Delphica cõſului · ſpondẽt mihi numĩa phębi
Eſte igitˀ fortes · animo timor omnis abeſto ·
Ardua grecoꝝ caſtra hec ſuꝑare ualetis
Vel dampnũ uenetis imittere marte ſecundo ·
Ergo alacres cuncti uires oſtendite ueſtras
Expetit iſta dies · fęlix hoc expetit hora
Sic ait · atq; pedem ꝓperabat miles in hoſtem
Hinc atq; hinc magnus ſtabat ꝯcurſus equoꝝ
Nec peditum turme deſunt ſcutataq; turba ·
Non tamẽ ipſe canis patitˀ tentare · priuſq̃
Pręlia · chalcidicam uadat ꝗ nuncius urbem
Noĩe dicta ſuo hęc ꝑfęctis nunciet arcis ·
Id uocat alchinabuth fidũ quẽ nouerat ante
Plurima nãq; uiro dederat mandata referre ·

Ordine que audierat narrauit cuncta tyrãno
Tunc uero imitis quaſſat caput ore feroci
Dentibus infrendens · cępit iurare paludem
Per ſtigiam : ꝑ ſi qua fidẽ eſt acheronte ſub imo
Hinc diſceſſuꝝ nunq̃ niſi funditus arceſ
Strauerit inuiſas ferro et ꝯſumſerit igni :
Sed prius eumenidũ placat uel numĩa ditis
Impiger : at nigras mactat de more bidẽteſ :
Hinc ferus arma tenẽs bellator in equore ſtabat
Agmina cũcta trahẽs : ſplẽdẽteſq; ęre cateruas ·
Et peditum turmas ſtruxit · poſt ęnea magne
Pondere uecta locat · ſubito tormenta nephãdũ
Nec minus interea ueneti pro uicibus urbe
Diſponunt acies armatis omnibus inſtant :
Et cuicumq; uigil data eſt cuſtodia turri
Rara tamen : q̃uis muros cinxere corona ·
Aggere quos augẽt haud ſegnes obice portaſ
Firmant : atq; trabes qua poſſũt arte reponũt ·
Operat gręca manus · feruet gens itala longe
Pro patria mortem ꝯſiſtere marte priuſq̃

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Se dedant turco nulla pietate maligno.
Talia dum ꝓperant miſeri intra męnia grai
Turcus ad arma ferox iaculũ ꝓiecit in urbẽ.
Ordine deinde iubet p̃cunctos ire manipulos
Impat: et citius meſtos circumdare diueſ.
Adſũt qppe duces. ueniũt quacũq; phalangeſ.
Sumũt tela citi: cõponunt ſpicula neruis
Atq; ſuos aptant humeris uelociter enſes.
Hec dum turcoꝝ tractantur caſtra ꝑ ip̃a
Dalmata tunc urbẽ ſtatuit clam ꝓdere thomaſ
Hoſtibus inſidiis quẽ maxĩa turba ſecuta eſt
Tercentum iuuenes ꝑcuſſo fędere cunctis
At placuit chriſto excidiũ differre parũper
Nam detecta cohors facinus q̃ tale patrabat
Nempe dedit meritas crudeli funere pęnas.
Sed bene bombarde ceſſit fortuna magiſtro
Quod prius in patriã peſtem reiecit in hoſtẽ.
Spondet tormentũ turcoꝝ frangere maius.
Verba fides ſequit̃. lapis eſt emiſſus ab ęre
Fulmineo tactu. ſubito bombarda magiſtro

I pete turbatam dixit formidine gentem.
Conare inſanam uelit ut mea iura ſubire:
Seq; ſuamq; mihi dedat cum moenibus arcẽ:
Ne ue uelit noſtrum pugna tentare furorem.
Seruari quodcunq; tenet ꝓmittimus omne.
Nec temerare ſinam matres: caſtaſ ue puellas
Sin contra. ferro ualeat q̃ dextera noſtra
Experiet̃ enim: ſic ſtat ſententia regis.
Obſidione locum tum ꝓuidus inſidietur
Aptum: ne quicq̃ caueat rediturus ad ip̃m.
Hęc ait. ille uolat peritura ad moenia uelox
Hic aĩoſa phalanx uenetorũ: et graia iuuẽtus
Obſtupuit iuuenem | turci mandata ferentez:
Quem circum plures aſtant. que cauſa ſit illi
Quid ueniat rogitant: mirat̃ et anxia turba
Tum męſtum dictis populum ſolatur amicis
Incipit affari: quę uos demencia cępit?
Martigenam dñm cõtendere brachia contra.
Cuius nec toto ſimilis repitur in orbe.
Imperium ſine fine tenet. ſupare potentes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Qui neget hunc reges · inſana mente putetur ·
Num tenet hic partes quas uicit ceſar eoas :
Deniq; magna potens cũctis domiabit̃ oris ·
Conſulite o miſeri ueſtris ꝓ tẽpore rebus :
Et cito per foſſa iungatis fędera porca
Hoc dicens ramũ frondẽtis monſtrat oliue :
Nec nõ ſaguineũ cultrũ · qui ueſte latebant ·
Denotat hic pacem ramus · fera prelia culter ·
Hactenus alchinabuth · cũcti ſimul ore fremebãt
Ancipites ueneti · grecos timor undiq; uexat ·
Alter ad alterius flectebat lumina uultum
Sed fuit una crucem cũctis ꝑferre uoluntas ·
Prorumpũt tandẽ dignos de pectore queſtus
Vade : tuoq; refer domino nos fœdere xp̃i
Leges amplexos ſolus qui pondera mundi
Suſtinet ac coelos alimẽtaq; cuncta creauit
Spes diuo atq; fideſ noſtra ẽ ampliſſia marco
Auxilio cuius talem ꝓpellere peſtem
Credimus et noſtris arcere a finibus hoſtem ·
His dictis · tumidi repetit tentoria regis ·

Cumq; ſuo fracta eſt utinã mahometus et ip̃e
Frangatur · noſtris adſit clemencia diuum ·
Interea uolitans facinus prenuncia fama
Detulit ad turcos · regiſq; allabitur aures
Qui ſubito tali percuſſus uoce ſuperbe
Intonat · atq; manu barbam conuellit ab ore ·
Surgit · et iratus clipeis ardentibus omneſ
Concitat arma uiros cape at genus oẽ tubaꝝ
Obſtrepit · atq; feri dat belli teſſera ſignum ·
Percuſſum tanto coelum clamore remugit ·
Accelerant turci muros conprendere paſſu
Non ſegni · luſtrant acies qua rara tuetur
Parte prius meſti defendunt moenia greci ·
Miſſilibus certant ueneti conſternere turcos
Perfodiunt quoꝝ ſpingardis pectora plura
Ingruit acra canũ manus · et ꝑfringere portas
Nititur · undoſe prohibent tamen undiq; foſſe
Telaq; ꝓiciunt e turribus : amplaq; ſaxa
Sternunt̃ ꝓceres : timet et gẽs barbara paſſim
Ac refugit pauitans infeſto marte coacta :

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Plurima turcoꝝ remanentq; cadauera cęſa.
Non tulit armipotens aſie qui preſidet aruis.
Fagineas iuſſit trabibus contexere turres
Quatuor: erectis ualeat quis tota uideri
Vrbs: poſſitq; domos tormẽti euertere ſaxis.
Quas uix perfectas armauit milite nauus:
Et ſupinſtituit ſubito tormenta locari
Illas ut primum uidit gens ytala certe
Nõ impune feres penas dabis improbe dixit.
Tum iubet arma capi. iuſſi parere ꝓpinant.
Portãt tela dei trepidãt conſcendere muros.
Enſem quiſq; ſuũ ſtrictũ tenet: atq; coruſcat.
Nec mora diſponũt per muros enea uaſa
Magna quibꝯ ſaxis implẽt poſt ora rotundiſ.
Exultant turci ſanie et ſtillantia grais.
Corpora conyciunt illis e turribus alte
Contra ſed ualidi cõtorquent tela latini.
Maxima tranſfoſſa eſt turcoꝝ copia ab illis.
Inſtat queq; tamẽ tabulaꝝ machina quãdo
Calchida cõtundũt: telorũq; ingruit horror.

At manus auſoniduʒ patrias ꝑcurrit ad artes
Sedula tunc ꝑiter tormentis omnibus ignes
Intulit: ingenti ſonuerunt ęthera bumbo.
Saxa uomũt: ſonituq; ſimul nemꝰ oẽ remugit.
Hoc crepitu horrẽdo turcoruʒ corda pauēſcũt.
Ethere nymbos non tam regnator olimpi
Fulmina detorquens animãtes terruit olim
Cum ſtatuit pluuiis mũdũ ſubuertere aquoſis
Quã ſtrepitu tanto tremuit tunc barbara ꝓles.
Fulminis in morẽ lapides torquẽtur in hoſtẽ.
Fraxineas feriũt moles: franguntur et ipſe.
Increpuere omnes turres: fracteq; recumbunt
Per terram: reboat cęlum tantoq; fragore.
Milia ſunt hominũ cõpreſſa et põdere quarũ
Scindunt̃: turpeſq; animas cũ uiſcere fundũt
Que cum uidiſſet turcorum maximus heros
Ingemuit: finem ſtatuitq; imponere pugne.

Georgi fliſci genuẽſis ad iuictiſſimũ Ferdi
nandũ Sicilię Regẽ Euboydos liber p̄mus
explicit. Eiuſdẽ ſcd's et ultimus Incipit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

T

HETIDOS interea
phębus deſcēdit in undas
Et nox atra polum
fuſca caligine texit.

Ecce uenit graia iuuenis de gente lydorus
Proditor: in patriam nuꝑ ꝯflauerat arteſ.
Vix tenet hoſtiles ſedes: inimicaq; caſtra
Cum petit ingreſſū dñi ad tēptoria magni.
Dant aditū famuli iuueni: dat turba uiāq;.
Cum primū regis conſpectū uidit in antro
Proſtrauit ſeſe: terre dedit oſcula primū
Principis inde pedi: tremulo poſt incipit ore.
Maxime cunctoꝝ regū et ditiſſime ſalue
Qui regis imperiū maius: ps altera mūdi
En ego ſum pridē: ſocio quo męnia thomaſ
Prodiderat: paſſus diram cum ſaguie cędē
Nō fuit hey uoti compos tua ꝓuida ūtus.
Aſt me detectum ſontē laniare parabant
Auſonii. qm̄ meruit fiducia noſtra
Et mea mēbra feris auibus laceranda dediſſēt

Sed mihi cōſului. uinctum me carcere traxi
Territus ac fugi: portaꝝ et clauſtra fefelli
Munere qui diuū tandē tua caſtra ſubiui
Te dñm quero. cōuentum ſemꝑ adoro.
Expediam pacto quo poſſis urbe potiri.
Nunc ꝑcor ipſe meis uerbis ꝑſtato parūꝑ
Aures: nāq; fides facilis mea uerba ſeq̄tur
Ergo age iam nultū paucis aduerte docebo.
Illa uides muri q̄ pars in littore conſtat
Eſt hebes: atq; caret mōſtrabat milite ſignis
Illuc bombardas iubeas ꝑducere grandes
Haud poterit certe tantos ꝑferre furores.
Corruet illa quidē. uia maxīa quippe patebit
Ingreſſum ue dabit: uictor ſic ibis in urbem.
Quę niſi tentabis fruſtra pugnabiť inq̄m
Genteq; conſūpta patrias remeabis ad oras.
Talia fatus erat iuuenis te cōſule ꝑnceps
En ait. inceptum ſequar: et tua dicta tenebo
Menti fixa mee: tibi ſint hec ꝑmia laudi
Sic ait: et phrigiam ueſtē dedit: atq; coruſcū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Enſem : quẽ ſolitus fuerat geſtare tyrãnus ·
Hinc cubituꝫ ceſſit maiora in mẽte uolutans
Alma dies oriẽs uix claro lumine terras
Luſtrat : cum ſtratis ſurgit fortiſſimuſ heros
Alloquitur ſocioſ : illoſq; hortatur orantes ·
Eſt ꝑfecta uiri nobis pars maxima belli
Iam iam chalcidicas lęti expugnabimꝰ arceſ ·
Fata mihi ſpondẽt · ſpondet tymbreꝰ appollo
Nunc pia mandemꝰ noſtroꝝ corꝑa buſtis
Que pepere ſuo nobis inhumata cruore
Hoc regnū euboicuꝫ · qđ uictuꝫ cernimꝰ oĩs ·
Iuſſa uiri faciūt · congeſta cadauera mandant
Ignibus accẽſis : ſubito pira tollitur alta
Plurima cõburunt · dant et cõbuſta nidorẽ
Fetorẽq; ſimul magnū ſenſere latini
Relliquiaſq; legunt · cineres ponunt̃ in urnaſ
Atq; ita de priſco decorant̃ corꝑa more
Talia duꝫ ꝓperant famuli · dū funera curãt
Sic uarię regis uerſabant pectora curę
Hinc an diſcedat : rurſus uel pręlia tentet

Stare tamẽ libuit : pugnaq; laceſſere gentẽ ·
Hinc oẽs armare duces iubet inde phalãgeſ
Et peditū turmas ꝓhibet quaſcūq; morari
Ferẽ et ipſe ferox medios ruiturꝰ in hoſteſ
Quẽ portat ſonipes mandãs ſpumãtia frena
Toruus et incedẽs oculos ad męnia tẽdit
Qui uenetos aĩo lacerat : gręcoſq; trucidat ·
Qualis ſępe lupus ſiccato gutture pandit
Marcius ora fame pecudū cum ꝑſpicit ędes
Et putat illaꝝ fauces implere ſaginis
Nititur ad uenetum ſedes ↄtendere : et ipoſ
Mens erat ut caꝑet · captos trãſfigeret enſe
Sed delecta uirū primo uocat agmĩa iuncta ·
Ordine quęq; locat toruo ſic incipit ore ·
Gloria magna uiri parta ẽ et pręmia uobis
A dys · ipſe quidẽ mittam p̄darier urbem ·
Hoc igit̃ bello uires oſtendite ueſtras
Sic ait · et cantu pugne dant claſſica ſignū ·
Pandite nūc muſę mea numĩa : pandite fõteſ
Caſtalios : uati iam iam ſuccurrite diuę

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et mihi cultori ueſtro aſpirate canenti
Quas acies equitū duxit : peditūq; cateruas
Belliger ornatas tunc forti milite turcus ·
Quoſ ue duces armis florētibus : ac tulit arcꝰ ·
Quot genera armoꝝ? ſint quales deniq; luctꝰ
Ediderit uictor quàuis regione potitur
Scire uelim nam cuncta dee meōrare poteſtis ·
Hęc ego uix ſenſi tenuis mihi fama miſtrat ·
Princeps inſignē fert ſe mahometus ī armis
Agmina quē circū ſtant ḡre micātia plura ·
Qui gerit et palmā ſolido de pondere gēmę
Et galeam criſtis capiti fulgētibus auro ·
Hunc ſequit̄ peditū dux crudus et aſper apinꝰ
Tercētumq; duces quos baſſas noīe dicunt ·
Quiſq; uirū comitatꝰ erat dux agmīe magno ·
Poſt hec incedunt oēs qua parte lydorus
Monſtrarat magno nuꝑ ferus ille tyranno ·
Iamq; uidēt muros : hebeti muroq; ꝓpinquāt
Deuenere locum tandē quo fata trahebāt
Illic caſtra locant · iteꝝ tormēta parantur

Enea que magno torq̄bant pondere ſaxa
Tela ſimul capiūt : et acute cuſpidis haſtas
Vibrāt : arma mouēt pediteſ neruiſq; ſagitaſ
Apponūt · ueneti contra ꝓ turribꝰ inſtant
Armati : atq; ſuas acies ꝑ moenia ꝯplent
Preſidiū muris : et ꝓpugnacula ponunt ·
Cōtremit infelix populus iuueneſq; ſeneſq; ·
Flent pauide matres pueros intecta trahēteſ ·
Alecto interea ſtimulos in pectore turci
Verſabat diro : furialē cui intulit ydrum ·
Tunc ferus et crudus furia ꝯmotus iniqua
Conſpiciēs ſtructas p̄ſtanti milite turmas
Imꝑat ut pugne ſignū dent cornua dire
Et ſubito impellit ſtantes ad pręlia cunctoſ ·
Accelerant ꝑiter · contorquet ſpicula quiſq;
Et quęcūq; ualent fortes dant corꝑa lęto ·
Bella cient · reppūt ſubter teſtudine curui
Nunc hos nunc illos feruēti marte laceſſunt
Suggerit et uires illis ſpes addita prędę ·
Stant denſi · quaciūt haſtas : et ſpicula uibrāt ·

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nitunẽ gentem ferro temerare latinam·
Stant cõtra ueneti turcoſq; a mẽnibus arcẽt
Ac ſtringunt enſes et apto marte reſiſtunt·
Cõplures iugulant labunẽ ſaguĩe riui·
Terga dare incipiũt·obſtat mahometꝰ: et illoſ
Occidit: ſtricto quos oẽs pforat enſe·
Sic iterũ capiunt cõpulſi tela feroces
Quorũ de numero cedunẽ milia grẽcis·
O pater o cẽli rector qui ſidera ſeruas
Terrarũq; decus cui pẽdet machina mundi·
Credimꝰ· ẽthereos tua dextera ſuſtinet axes·
Haud dubie populũ potes hoc defẽde piclo
Protegat et uenetos tua magna potẽtia q̃ſo
Hii tua templa colunt: et te uenerant ubiq;
Quãuis peccarint tua ſit clemẽtia maior·
Da pater ut uincant: detrudãt pſus et hoſtẽ
Sed tua pualeat precibus ſñia noſtris·
Inſultant turci mittẽtes tela p auras·
Clamores tollunt altos: et prendere muros
Conanẽ·lacii quos cedunt: atq; repellunt·

Mira loquor quanto plures in tartara mittunt
Tanto p campos numerus creſcebat in illis
Non ſecus ac lernes q̃ uipera ꝯmouet undaſ
Que ue gerit ſeptẽ referunt ut colla paludiſ
Cui quot cedunẽ tot creſcunt ora ſecuri·
Barbara ſic auget preciſa parte pgago·
Sęuit: et ardẽtes·facit hos bellona flagello·
Reſcindũt uallos: et ſcalis moenia poſcunt·
Precipiteſq; ruũt ſtrepituз dant corpa terra·
Quos ſupĩmittũt lapides et ſpicula grẽci·
Pars replens foſſas: additũq; p auia q̃rit·
Continuo et muro iaculis confoditur alto·
Terga dabant phrigii uenetis: retroq; reſidunt
Semineces plagis acceptis pluribus: omnes
Labuntur terra craſſoq; cruore madenti·
Interea ueneto claſſis que eſt miſſa ſenatu
Nauigat: atq; urbi зephyro ſpirãte ppĩquat·
Lenta quidẽ pplm cinctum quacũq; uidebat
Obſidione uirũ funebria tela mouentum·
Pugnabant urbem crebro perſtante tumultu·

Quam naute obſeſſam : ꝑfectus claſſis et ipe
Cum primū cernūt curuis e nauibus · om̄s
Dant gemitū : faciē feriunt et pectora palmis
Olli uicta cohors · dum naues : atq; triremes
Aplicuiſſe uidet ſpem triſtis ſumpſit inanē
Clamoreq; pta tollunt ad ſidera uoce ·
Ductoris uarię uerſabant pectora curę
Preſidiū ne daret miſeris timet : atq; recedit ·
Muſſant et naute pedibus ꝯtingere terram
A quibus auxiliū ſūmis e turribus orant ·
V nde manus legio ſuplex tēdebat inanes ·
Non audent timidi naute ſe credere terre ·
Quandoqdem crebras acies obſtare uidebant ·
Ter conata fuit claſſi deſcendere turba ·
Ter timō impediit puppes retrahunt ad altū
Sed ſi cura uiris proris exire fuiſſet
Ductore ignauo caruiſſent atq; triremes ·
V rbi preſidiū potuiſſent tradere ſegnes
Heu uetuit fatum : uetuit quoq; iupiter ipē ·
Debita complerāt tres illi fila ſorores ·

Exardēs furiis ꝑnceps tunc toruus amaris
Inſtituit maiora die noctuq; mouere
Pręlia · nec dulci laſſus dare mēbra ſopori
Donec chalcidicā penitus ꝓſtrauerit urbē ·
Funde ſup me muſa tuos ꝓfunde liquores
Diua faue queſo · liceat mihi ſcribere ſtrageſ
Quas ferus in gręcos ęgit : q̄ funera uictor
Turcus § cum primū captas intrauit ī arceſ ·
Hic primus uariis inſtructo milite telis
Cōuocat arma uiros · ꝯtorquēs uiribus haſtaȝ
Inſtructoſq; duces ferro iubet ordine adeſſe
Et ferus gratas acies ad pręlia cogit ·
Rurſus caſtra locās turmas diſponit : et illi
Omne genꝰ teli ſtatuit quoq; mittere pugne ·
Sedulus erexit poſt hec tormenta magiſter
Iuſſus qui maguo fuerat prius ecce tyrāno ·
Pōdere plura quidē lapides torquētia uaſto ·
Hec dum turcoꝝ caſtris ꝑagunt opū ui
Territa graiugenū legio ſortitur in altis
Turribꝰ : et ueneti muros cuſtodibꝰ aptant

Portāt tela uiri : ſcutis et mẹnia cōplent·
Perquirunt equites urbis loca ſi qua deeſſēt
Auectis tabulis hinc ꝓpugnacula iūgunt·
Firmant et muri partē : quẹ ꝑdita nu per
Hoſtibus īmiti fuerat mercede lydoro·
Quid referam matres q̄ poſſunt arma gerebāt
Telaq; ſufficiunt pueri : iuuenesq; ſenesq;
Nitunē pugnam nō equo marte ſubire
Quandoqde; neq̄unt aliter ſibi ferre ſalutē·
Vix phẹbus radiis terras luſtrauerat ortus
Cum fidēs animis ſignū dare cornua belli
Imperat heu turcus gaudet qui cede ſupbuſ
Impellitq; duces cunctos ad prẹlia· iuſſiq;
Irrumpūt baſſẹ : piterq; ad mẹnia tendunt·
Quiſq; ſuis comitatꝰ erat : quibꝰ ardua tentē
Prẹlia· clamores tollunt ad ſidera lẹti·
Agmina cuncta ruūt uariis onerataq; telis·
Incuſſant grẹcos : uenetos et uoce laceſſunt
Tela ſimul iaciunt· enſes ſtringunē utrimq;
Defendūt ueneti muros : ac ſpicula torquēt·

Fulminat ipē ferox turcus : grẹciſq; minatē
Statim quare ſolo tormētis tecta domoꝝ
Barbara gēs arcus tendit : crebraſq; ſagittas
Mittit· quẹ radios fuſtant : et lumia ſolis
Sed latii infeſto deuoluūt pondere ſaxa
Mẹnibus ex altis : oritēq; miſerrima cẹdes
In turcos· itali qui cum moriantē in urbe
Non tamē amittunt haſtas et miſſile robur·
Denſantē turci : necnon cẹduntur iniqui
Obruit atq; ſeges teloꝝ corpora mixꝝ
Milia ſternunē numerus nec deficit alter
Quos puto cōcretos iteꝝ de ſaguīe naſci·
Poſtq̄ plura uidet diſꝑſa cadauera campis
Extinctoſq; ſuos tunc ꝑfidus ipē tyrānus
Intumuit : toruis oculis atq; aſpicit urbē
Nec nō et uaſtis bombardiſ aduecat ignes
Quas iubet apponi· famuli mādata faceſſūt
Ignibus accenſis· lapides mittunē ad ẹthra
Ingenti ſonitu quo cẹlū ac terra tremiſcat
Arrectis populus non fẹlix auribus aſtat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et pauide pueros preſſerunt pectore matres.
Fulmineo feriũt ictu qua parte lydorus
Męnia mõſtrarat. cadit heu ꝑs maxia quoꝗ
Continuo uigiles ꝑeunt inſtante ruina.
Attoniti fugiunt gray: q̃runtꝗ latebras
Inſtat ſed lacio tanto gens miſſa furori.
Nitiẽ et murũ tabulis etollere fractum.
Cõcurrunt illuc cingunt quos męnia cuncti
Saxa gerunt. humeros trabib ꝑs ſubdere lõgis
Preparat: et patria conanẽ pellere peſtem
Impelluntꝗ iteꝗ grȩcos pugnare latanteſ
Ac pauitant. hoſtẽꝗ uidẽt ꝓperare tremendũ.
Quẽ ſimul expectant nudatis enſibus oĩs
Chalcidis ip̃e uidet cum primũ diruta turc9
Męnia: cũꝗ loci ꝓrſus penetralia cernit
Lętus ad arma uiros cogit. poſt agmĩa feruẽs
Impulit in muros ꝯcurrere: quippe feroces
Imperio regis trepidant tunc urbe potiri
Spicula ꝓiciunt. uibranẽ tela ꝑ auras.
Irrumpũt: urbẽ capiũt: qua parte ruina

Fecerat ingreſſuȝ. primũꝗ in limine ſiſtunt.
Ac ueluti flumẽ magno qd̃ turget ab imbre
Ad mare deſcendẽs q̃cunꝗ obſtacula rumpit
Quippe trabẽs armẽta celer ꝑuenit ad undaſ
Impulſu feruẽt cuius neptunia regna.
Sic turci inuaduut paucis obſtantib urbẽ.
Vix audẽt denſi certare et comin9 haſtis
Fortes nãꝗ uiros cernũt fera bella mouere.
Miſſilib certant ueneti: turcoſꝗ trucidant
Qui ue cadũt paſſim: necnõ retrahunẽ ab urbe
Sed fruſtra qm̃ repetunt inſtante tumultu.
Parte alia turris manib faſtigia prenſant
Appoſitis ſcalis: curua et teſtudine ſcandũt
Atꝗ iteꝗ cedunt uigiles quoſcũꝗ reptos
Et ſua uictores figunt inſignia muris.
At man9 auſonidũ poterat q̃ tela mouebat
Illa cruore canũ fedantes acriter: inde
Milia plura uirũ fodiunt tranſcorpa gręci.
Illis impediũt greſſuſꝗ cadauera cęſa
Labunẽ mirũ quoꝗ de ſagnine riui.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Reiciunt hoſtes · iterũq; a męnibus arcent
Ne quicq̃ cuneos denſat nam feruidꝰ heros ·
Hic patet ingreſſus dederant quẽ ſaxa rotunda
Quo poſſunt eqtes : om̄ſq; intrare phalãgeſ ·
Ter ſunt eiecti · ter uires ſufficit hoſtis ·
Tandem ſunt turres : et ꝓpugnacula capta ·
Bella cient · intus · gladiis pugnatur utrimq; ·
Alter in alterius condebat pectora ferrum ·
Incurrunt denſis lacii legionibus : atq;
Deuoluunt haſtas : uibrantur et undiq; tela ·
Mars furit · intrepidi moriũt̃ in urbe latini
Diuinas anime quorum tollũtur ad oras :
Elyſeos campos tenet hinc generoſa propago
Sed mala turcoꝝ ꝓfoſſa cadauera reſtant
Quorum ſunt anime turpes in tartara miſſe ·
Regna tenent ditis : cingũtur et anguibus oẽs
Deficiunt greci qui non cedantur iniqui ·
Gens nuper fuerat ueneto que miſſa ſenatu
Tela mouens animas craſſo cũ ſanguine fũdit
Sed prius ingentes turcoꝝ linquit aceruos ·

Quod ſupeſt matres capiũt funebria tela
Ferro nanq; petunt hoſtes : et pręlia tentant ·
Enſe uiros iugulantq; neci · dant corpa mille
Deniq; feſſa cadit bello quęcunq; uirago
Coniciũt lapides pueri dehinc matre carẽtes
Quis feriũt hoſtes ac paruo uulnere ledunt ·
Vires nam tenues illis : nec ſufficit etas ·
Et tamẽ inſtabant patria ꝓpellere turcos ·
Inſultant turci trepidant tum corpa parua
Nãq; dabãt gemitus : lacrimeq; ꝑ ora fluebãt
Illa truces capiunt · capitis poſt enſe recludũt
Guttura · cęleſtes quoꝝ portant̃ ad arces
Hinc aĩe ante deũ placidaq; in ſede morant̃ ·
Auellunt alii poſtes : ac tecta domoꝝ
Scandere nitunt̃ : clauſaſq; apire feneſtras ·
Interea tectis quę flebant nuper in altis
Edibꝰ arma mouẽt matres · uel grandia ſaxa
Deuoluũt · laticeſq; ſimul · quibꝰ obruat hoſtes
Fęmĩa feruẽtes : calidumq; imittit oliuũ
Multos ꝓſternunt : quoꝝ dant corpa lęto

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Fruſtra : nam cernũt plures intecta ruẽtes.
Inde ſuis plangunt ululantes pectora palmiſ
Heu pietas. alta feriunt laqaria uoce.
Percuſſe reſonant raucis clamoribus ędes.
Obſtedere domos alii : ſed pectora ferro
Queq; dabat mulier : uictaq; recũbit humi iaʒ.
Tranſadigit coſtas illis maledicta ꝓpago
Viſcera diffundũt : uacuant et ſāguie uenaſ
Tunc omnes cęlo ſtomacis languẽtibus alto
Semineces matres moriẽtes lumina tollunt
Exallant aīas calidoq; cruore madentes.
Fęmina uirq; ſimul pueri iuueneſq; ſeneſq;
Chalcidicas arces habitantes deniq; morti
Tradunť gladiis nullo diſcrimie cuncti.
Hęc dum ꝑtractant crudeles cantibus ales
Prouocat aurorā criſtatus nāq; rubentem.
Perfidus exultat princeps cui tradia tota
Cui parẽt aſie et populi feritate ſubacti
Cum cernit capta turmas tunc urbe morari
Prorſus et extinctam pro xp̄i noīe gentem.

Vota ioui primo pſoluit uictor eoo
Cuius conſtituit citius qui candida templa
Chalcidica ornari pro tanto munere gaʒa.
Cõuocat inde duces tanta qui cęde ſupſtant
Et quoſcunq; ſui facit hinc tẽptoria adire
Quos ſic accitos audenti pectore fatur.
Hoc faueat diuũ nobis ut tempore rector
Vrbẽ qui magno tandem ſudore tenetis
Hoſtis quippe uiri : ſunt uobis p̄mia parta
Digna quidẽ. requiẽ lęti ſperare poteſtis.
His dictis captam fert ſe mahometus in urbẽ
Quam repit ſanie plenam et labẽte cruore
Plurima ꝑ terrā paſſimq; cadauera cęſa
Quod tamẽ indoluit q̄mq̄ regione potitur.
Tum iubet ante ſuũ latitantes ducerꝭ gręcos
Cõſpectuʒ : ac lacios miſeris qs uita manebat
Quoꝝ ſi quis erat non dũ qui p̄terit annũ
Hũc decimũ ſeruat. reliquos denutit ad umbraſ
Diuidit inde uiris meritis ꝓ talibus omnẽ
Quam cepit gaʒam : cunctos et munere donat.

FINIS.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES